D. D. D. GASPARIS PATRIS

ET JOANNIS AC SEBAST. FILIORUM

A HERMOSILLA

NOTÆ, ADDITIONES,

ET RESOLUTIONES AD GLOSSAS

LEGUM PARTITARUM

D. GREGORII LOPETII,

TOMUS PRIMUS.

OPUS JURISPERITIS AC THEOLOGIS UTILISSIMUM ac neceſſarium, in quo juxta PARTITARUM methodum Quæſtiones Practicæ Forenſes ſecundum Juris Communis, Pontificii, & Regii, Statutorúmque Regni deciſiones compilantur, conciliantur ac reſolvuntur.

EDITIO QUARTA

PRÆCEDENTIBUS CORRECTIOR, IN QUA SUMMARUM PAGINARUM Tituli clariores & ad Studioſorum commodum aptiores redditi ſunt.

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LI.

AD LECTOREM.

TE, LECTOR candide, obſecramus, opere niſi toto perſpecto, hujus judicium ne facias, ut Celſus Juriſconſultus, non judicandum, inquit *in L. in civile. 24. ff. de legibus.* Si enim argumenti magnitudinem, ſummam ejus difficultatem, noſtrique ingenioli proſpicias tenuitatem; merito quidem in nos prorumpes, non ſolum quòd tot, tantumque opus aggredi, attingereve; ſed quod in cogitationem aſcenderit, fuerimus auſi. Materia enim iſta alio inſigni, ſeu potius (*ut fatemur*) GREGORIO LOPETIO, uberrimoque ejus indigebat ingenio: at hanc non ſponte ſuſcepiſſe provinciam, benigne attende: Probè enim novimus, præſtantiſſimis quibuſcumque in omni ſcientiarum, ac diſciplinarum genere viris, incerta ſuis de ſcriptis aliorum ſpectare judicia, valde ſemper periculoſum viſum fuiſſe; quantuſque in ſcribendo ſit labor: quale in eligendo judicium: qualis in inveniendo cogitatio; qualis in exprimendo interni animi ſenſa neceſſaria oratio: quanta in confirmando auctoritas: quàm materiis, & quæſtionibus ab alio tactis adſtrictos, nonque varias, & ſolutas ſcribere, difficile, ac laborioſum. Nec adeò ſumus elati noſtroque innixi ingenio, hæc ne perhorreſceremus, taleque opus ſuſcipere poſſe cogitaremus. Sed tamen L. D. Gaſpat à Hermoſilla noſter genitor (ut ſæpe ſæpius fuit nobiſcum allocutus) ſumma impulſus officii neceſſitate, ut ſcilicet cauſarum patrocinium juridice, judiciſque ordinarii, (quo viginti annis fuit functus) facilius expediret officium, ob tantam enim librorum, commentariorum videlicet, repetitionum, tractatuum, deciſionum, ſummarum, conſiliorum, variarumque quæſtionum copiam, laboris, temporiſque ſummum faciebat impendium: quæſtionem enim, ſuper qua conſulere, vel judicare contingebat, etſi ab uno, alteroque diſcuſſam inveniebat, & tractatam, ne (ut communiter fit) contrarium eſſet ſcriptum, ſuus haud quieſcebat animus; quamplurimoſque cogebatur evolvere libros, nec omnes quæſtioni neceſſarios, nec qua expediebat brevitate, ad manus ſemper habebat, nec eſſe poterant; cui ut provideret incommodo ad ſuæ tantùm memoriæ adjumentum, ſibique peculiariter, poſtquam ſæpe ſæpius fuit verum expertus, quod de jure civili Julius Pacianus in epiſtola dedicatoria, in methodo ad Juſtinianum codicem reliquit ſcriptum, *juriſprudentiam*, ſcilicet, *nondum perfectionis attigiſſe culmen, congrua forma carere; omniaque diſperſa, diſſoluta, ac ſine methodo eſſe*; perſpiciens, ac ſecum perpendens jus noſtrum commune Partitarum methodice (quod juri deficit Civili) ſummaque eruditione ſcriptum, & ſcholiis Gregorii Lopetii repletum, ac illuſtratum, veluti ſecurum portum conſcendens, ad dictas methodicas partitarum leges (ut quæ obſervandæ) ad earumque gloſſas, controverſas, ac diverſis in locis tactas collocandas quæſtiones, & earum reſolutiones, ſuus confugit animus. Cum igitur opus iſtud ex quotidiano, indefeſſoque ſtudio, multis vigiliis, multis laboris annis in magnum veniret incrementum, haud cogitatum ſane; & nobis ſummam addidiſſet utilitatis, & adjumenti, virique doctiſſimi illud vidiſſent multis ſuaſionibus concitare, ac impulere, typis poſt habito omni timore, mandare. Hic, pie lector, fuit ingreſſus, & progreſſus operis tanti, objectoque, quod tanto (ut Gregorio Lopetio) viro hoc indigebat opus, negotio ſatisfacio facillime; tibi enim quæ tradimus, non noſtra, ſed tam ex doctiſſimis deprompta Regnicolis, quàm exteris viris, qui poſt Gregorium Lopetium eruditiſſimè ſcripſerunt: Ab eis, tanquam à fontibus, hæc procedunt: quæque variis in locis ſcripta reliquere veluti ſuis reſtituta locis, his in additionibus ferè in unum collecta inverdes: nihilque non quotidianum, nihil non fructiferum, ac nihil non honeſtum in illis elucebit: & utinam reipublicæ, & tibi ita foret utile, ut nobis fuit laborioſum, ſat ſat *enim ſufficiens*, condignumque ſuſtinemus præmium. Utere ergo, *Benevole Lector*, hoc occupationis non exiguæ opere, &, ſi quid minus rectum, & congruum in eo reperiatur (ut moris tibi eſt) ultro ignoſce, totum enim illud, ac quidquid diximus rectius ſentientis judicio, & juſtæ cujuſque cenſuræ, ac præſertim ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ correctioni ſubmittimus: ſin vero quidpiam incrementi tibi, utilitatique publicæ afferat, hoc ipſum divinæ Majeſtati, & omnipotentis Dei Matri Virgini Mariæ adſcribe. Vale.

NUNC hos duos tomos, ſinguloſque quotannis, donec in omnes partitarum gloſſas, & cogita hæc perficiantur opera, trademus, & ſuper Partitam 5. prius quàm aliis, quia contractuum, & diſtractuum materiæ magis quotidianæ, forenſes, & omnibus in tribunalibus frequentiùs ſunt neceſſariæ.

Cenſura ſeu approbatio Licentiati Blaſii Dorantes de Salaçar, Pinciani Regii Senatus, Sanctæque Inquiſitionis cauſarum patroni, & criminalium expoſitoris in Mantuano Prætorio.

EX decreto Domini Licentiati D. Joannis de Velaſco Acebedo Sereniſſimi Domini Infantis Cardinalis à Conſilio, ejuſque Vicarii Generalis, vidi, & perlegi *Annotationes, Notas, & Reſolutiones ad doctiſſimum Gregorium Lopetium in Quintam partitam*, authore Licenciato Gaſpare de Hermoſilla, V. I. Profeſſore: & in eis nihil quod Catholicæ fidei ſit adverſum inveni; ſed potius multa, quæ authoris ingenium, & eruditionem mirifice oſtendunt, quare ut typis mandandi licentia præbeatur cenſeo, & ſubſcribo. Matriti, 15. Kalend. Aprilis, anno 1630.

Licentiado Bernate de Salaçar.

Cenſura de el Doctor Luys de Caſanate.

E *Viſto por mandado del Conſejo el libro, que el Licenciado Gaſpar de Hermoſilla a compueſto, intitulado* Additiones, notæ, & reſolutiones ad Gloſſas Gregorii Lopetii in quintam partitam, *y me parece eſtà muy bien trabajado, y con curioſidad, y que contiene materias tan praticas, que es muy digno, que por la utilidad publica ſe le de licentia de imprimirle. En Madrid Abril. 29. de 1630.*

EL DOCTOR LUYS de Caſanate.

INDEX

D. D. GASPARIS
A HERMOSILLA,
ET
D. D. JOAN. GASPARIS
ET SEBAST. EMMANUELIS
FILIORUM JURISCONSULTORUM,

Additionum, Annotationum, & Reſolutionum ad Gloſſas,

D. D. GREGORII LOPETII
In quintam PARTITAM,

TOMUS PRIMUS.

PROLOGUS.

SUMMARIUM.

1 *Homines faciles ſunt ad diſſentiendum.*
2 *Contractus à principio ſunt voluntarii, & poſtea neceſſarii.*

ADD. GLOSSÆ I.

1 AD Gloſ. 1. Nota 1. *ex textu*, homines faciles eſſe ad diſſentiendum: & Adde *l. item ſi unus* 19. *§. principaliter*, *ff. de recept. arbitr.* & *ibi* gloſſ. *l. quia poterat*, *ff. ad Trebell.* ibi, *variæ ſunt hominum voluntates*, Gloſſ. *verbo*, *nova litigia. in proœm. Decretalium*, *& verb. diverſos. in cap. ſuper literis.* 20. *de reſcriptis.* ubi alia jura concordantia adducit Decius *in capit. ſuper hoc*, *de renunciat. num.* 8. ubi dicit quod voluntas hominis non poteſt permanere in eodem inſtanti, & in eodem ſtatu: Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 12.

2 Nota 2. *ex gloſſ.* contractus à principio eſſe voluntarios, & ex poſtfacto neceſſarios, & Adde *l.* 61. *&* 62. *tit.* 5. *infra hac part. & ibi Addita.*

SUMMARIUM.

1 *Dignioribus, & Nobilioribus dignior debetur.*
Nobiles in republica bene ordinata ſemper præferuntur in muneribus.
Nobiles potiores debent eſſe in portionibus percipiendis, ſive honoris, ſive quantitatis, vel cujuſvis emolumenti, & in loco, & Sede omnium hominum cœtu, ibi.
2 *Majoritas, & quis alteri ſit dignior agnoſcitur habita ratione dignitatis, ſcientiæ, nobilitatis, honoris, potentiæ, & divitiarum.*
Major dignitas quæ ſit, remiſſivè traditur. ibi.
3 *Pares cum plures ſunt in dignitate, præfertur antiquior.*
4 *Antiquior in dignitate præfertur, & ſi poſterior tempore eſſet major, & dignior in reliquis.*
5 *Major in ordine, & ſi poſterior tempore in dignitate, præfertur antiquiori in ea.*
6 *Canonicus, vel Epiſcopus doctor præcedit Canonicum, vel Epiſcopum non doctorem antiquiorem.*
7 *Epiſcopi habentes officia in Curia præferuntur aliis Epiſcopis antiquioribus.*
8 *Cardinales, qui ſtant in Curia, præferuntur abſentibus à Curia.*
9 *Prior in poſſeſſione officii, & ſi poſterior in data proviſionis, præfertur priori in data proviſionis ſimilis officii, & poſteriori in poſſeſſione.*
De Senatore priore in poſſeſſione, & poſteriore in proviſione, remiſſive. ibi.

D. D. D. GASPARIS PATRIS
ET JOANNIS AC SEBAST. FILIORUM
A HERMOSILLA
NOTÆ, ADDITIONES,
ET RESOLUTIONES AD GLOSSAS
LEGUM PARTITARUM
D. GREGORII LOPETII,
TOMUS SECUNDUS.

OPUS JURISPERITIS AC THEOLOGIS UTILISSIMUM ac neceſſarium, in quo juxta PARTITARUM methodum Quæſtiones Practicæ Forenſes ſecundum Juris Communis, Pontificii, & Regii, Statutorúmque Regni deciſiones compilantur, conciliantur ac reſolvuntur.

EDITIO QUARTA

PRÆCEDENTIBUS CORRECTIOR, IN QUA SUMMARUM PAGINARUM Tituli clariores & ad Studioſorum commodum aptiores redditi ſunt.

COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LI.

ADDITIONES,

NOTÆ AC RESOLUTIONES

AD GLOSSAS

TITULI V. PART. V.

LEGUM PARTITARUM

DE EMPTIONE-VENDITIONE,

Vulgò *De las vendidas e de las compras.*

A D R U B R I C A M.

SUMMARIUM.

1 *Emptio, & venditio, quibus modis accipitur.*
2 *Emptionis, & venditionis appellatione omnes contractus, ex quibus dominium transfertur, complectuntur.*
3 *Et quando fit mentio pretii, an emptio, vel alius veniat contractus.*
4 *Emptionis appellatione in materia pœnali, & reſtringibili ſolùm venit contractus emptionis.*
5 *Emptionis appellatione, ex communi uſu loquendi ſolùm emptio, & venditio continetur, & non alius contractus.*
6 *Emptis rebus à teſtatore legatis, ſolùm titulo emptionis acquiſitæ debentur.*
7 *Emptionis nomen comprehenſum in judicis ſententia ſolùm contractum emptionis comprehendit.*
8 *Item in ſtatutis.*
9 *Venditione prohibita, alienatio ex aliis contractibus etiam prohibita videtur.*
10 *Emptionis, & venditionis origo, & antiquitas.*
11 *Pecuniæ uſus à quo tempore cœpit.*
12 *Emptionis, & venditionis verbis leges promiſcuè utuntur.*

ADDIT. AD GLOSS. RUBR.

1 DE ſignificatione, & acceptione verborum emptionis, & venditionis, & an omnem contractum comprehendat, vide Fabian. de Mont. *in tract. de emp. & vendit. 2. quæſt. princ.* à num. 1. Andr. Tiraq. *in tract. de retract. linag. §. 1. gloſ.* 2. n. 1. 2. 3. & 4. & *gloſ.* 14. n. 1. *cum aliis.* Anton. Pinel. *in l. 2. C. de reſcin. vendit. 2. part. cap. 1. n. 10. 11. & 12. cum aliis*, Bernard. Diaz. *in regul.* 227. & 774. & *ibi* Salced. Pet. Duen. *reg.* 239. Falcon. *reg.* 482. D. Franc. Sarmient. *lib. 6. ſelectarum cap.* 7. Gald. Pereir. *in repet. l. ſi curat. habens. verbo venum. dediſſe. C. de in integrum reſtitutione minorum.* Et *in tract. empt. & vendit. cap. 8. à n. 26. & de extractione hypothec. lib. 4. cap. 4. à n. 5.* Nic. Mor. *de comment. in tract. de empt. & vendit. cap. 1. n. 26. cum aliis.* Pari. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. n. 2.* Pichard. *in rubr. Inſt. de empt. & vendit. n. 1. cum aliis.* Mant. *de tac. & ambig. convent. lib. 4. tit. 1. n. 9. cum aliis.* Tuſch. *verb. venditio concl. 42. n. 1. cum aliis.* Oſvald. Hilliger. *in annot. ad Donell. commen. lib. 13. cap. 1. lit. C.* Matienz. *in l. 5. gloſ. 6. tit. 9. n. 1. lib. 5. recomp.* Caſtill. *quot. contr. lib. 3. cap. 5. n.* 21. Auguſt. Mori. *in empor. utriuſque jur. 1. part. tit. 9. de contrahenda empt. & vendit. in princip. n. 7. 8. & 9. & in quinta præamp. nn. 28. cum aliis.* Narbon. *in l. 13. tit. 7. l. 1. recomp. gloſ. 3. num. 1. & 2.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 1.* ex quibus, & aliis, quos ipſi referunt cum Fabian. de Monte (qui melius cæteris hanc quæſtionem explicat) Bernard. Diaz. Pet. Dueñ. Pinel. & Nicol. Mor. pro faciliore intelligentia (licet multi ex his, quos retulimus, contrarium teneant, 2
inter quos ſunt D. Francif. Sarmient. & Pet. Aug. Mori.) ex eis conſtituo regulam: emptionis, & venditionis appellatione omnes alienationes, & contractus, ex quibus dominium transfertur, complecti ex vi, & identitate rationis, *l. ſtatu lib. 29. §. 2. de ſtatu lib.* quem pro ſingulari notat Roman. *conſ. 61. q. l. ſicut §. in venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv. cap. 1. de contr. inter dom. & empt. in empt. in uſib. feudo.* & quod dicitur de venditione, idem eſt de omnibus alienationibus, & ibi Bald. num. 5. Gloſ. *fin. in leg. fin. C. de pact. inter empt. verb. in cap. 1. de uſuris, lib. 6.* & noviſſime huic opinioni ſe ſubſcripſit Franc. Souſa *in repet. §. actionum inſtit. de action. 4. part. cap. 1. n. 1.* ubi pro ea alios refert. Guzm. *de evict. quæſt. 5. nu. 6.* ubi alios laudat.